



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Trithemij, Spanheimensis, Et Postea Divi Jacobi apud Herbipolim Abbatis, Viri suo aevo doctissimi. Tomus ... Annalivm Hirsavgiensivm

Opus nunquam hactenus editum, & ab Eruditis semper desideratum.
Complectens Historiam Franciae Et Germaniae, Gesta Imperatorum,
Regum ...

Trithemius, Johannes

S. Galli, 1690

Nomina Sanctorum, qui Monachi fuerunt in Monasterio isto Hirsaugiensi,
quorum gesta in hoc volumine annotata continentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38550

**Sequitur Indiculus pinacius quorundam in hac
prima parte Chronicæ Hirsaugianæ contentorum,
tam ipsum Monasterium, quàm Ordinem nostrum
concernentium, ut patet.**

Joannes Trithemius Abbas Lectori Salutem. Omnium dare indiculum, quæ memoratu digna in hac prima parte Hirsaugiana continentur historia, quàm non sine magno labore comportavimus, & difficile judicamus, & inutile: tum propter variam multitudinem gestorum, tum quod satius esse judicamus si totum legas, quàm partem. Verùm ne Hirsaugiensibus in hoc videar defuisse, qui Patrum suorum merita, & laudes sub una cupiant serie breviter intueri, omisis non solum multis & varijs, sed etiam penè infinitis memoratu dignis, quæ facili Ordine registrarari nequeunt, sequentium tabulam ordinavi.

In primo quidem Ordine secundum temporis rationem viri continentur sancti, meritis Omnipotenti DEO specialiter Dilæti. In secundo Monachi ex Hirsaugianis ad Pontificatum assumpti. In Tertio, qui scriptis, & eruditione suâ illustrârunt Ecclesiam. In quarto, Monasteria nostri Ordinis per Hirsaugiensês vel de novo instituta, vel ad Observantiam Regularis Disciplina reformata. In quinto, Nomina continentur Abbatum, qui ex Hirsaugianis Monachis ad diversa Cœnobîa fuerunt destinati. In sexto, Nomina continentur Sanctorum Ordinis nostri, quorum in hac prima parte fit mentio. In septimo, Romani Pontifices, & Cardinales Ordinis. In octavo Archiepiscopi. In nono Episcopi. In decimo viri Ordinis eruditione, & scientiâ scripturarum illustres. In undecimo, Nomina quorundam Monasteriorum Ordinis nostri, quorum fundationes, vel rationes & Dignitates in hoc ipso volumine recitantur. Et hæc omnia sub CCCCXXVII. annis gesta, in hoc opere signata continentur, hoc est, à prima institutione Hirsaugiensium, quæ facta est anno Domini DCCCXXXVIII. usque ad annum millesimum ducentesimum sexagesimum quintum.

**Nomina Sanctorum, qui Monachi fuerunt
in Monasterio isto Hirsaugienfi, quorum gesta in
hoc volumine annotata continentur.**

Sanctus Adelhardus Monachus, qui obiit 922.
Sanctus Ewardus Episcopus Slesuicensis anno 965.
Sanctus Wernboldus Monachus obiit anno 925.
Sanctus Wilhelmus Abbas XII. obiit anno 1091.
Sanctus Diemo Archiepiscopus Salzburgenfis & Martyr, obiit, 1107.
Sanctus Gebhardus Episcopus Constantiensis eligitur 1082.
Sanctus Theogerus Episcopus Metensis 1100.
Sanctus Adelbertus Monachus & Prior anno 1088.
Sanctus Bertholdus Monachus anno 1111.

Sanctus

